



Crisis Theologica

In Qva Selectiores, Et Aciores hujus, et elapsi sæculi controversiæ,
subsecuturâ in Elencho legendæ discutiuntur

Crisis Theologica - In Qva Selectiores, Et Aciores hujus, et elapsi sæculi
controversiæ, subsecuturâ in Elencho legendæ discutiuntur

Casnedi, Carlo Antonio

Ulyssipone, 1712

Disputatio XXVI. In Patrem Adamum Ehrentreich.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-84796](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-84796)

probabilior ex contradictoriis est tantum logicè vera, non minus, ac ex probabilibus.

N. Instabis ex eodem l.c.n. 14. Sola veritas est regula operandi: ergo non licet inter oppositas probabiles quamlibet eligere. Sed contra; quia veritas, ut est in re, non potest semper esse regula operandi, alias invincibilis error non excusaret a peccato; ergo veritas, ut est in mente; sed hæc convenit utrique opinioni certò probabili, immò utrique certò probabiliori, & assentiens assentitur ei ut veræ: ergo veritas, ut est in mente, per iudicium prudens minus probabile est etiam recta regula.

N. Deinde retorqueo: quia, juxta omnes, licet sequi tutiorem minus probabilem, quæ eo ipso, quod sit minus probabilis juxta loquendi modum Adversariis familiarem, est magis falsa, quam vera: ergo veritas tunc non est regula, immò qui eam sequitur, formidare prudenter potest, quod legem veritatis violat, omittendo probabilioris minus tutam. Nec prodest dicere, quod sequens tutiorem sit certus de non peccato: vel enim est certus ob tutiorem; & sic omnis tutior, etsi non probabilis, præferenda erit minus tutæ probabilissimæ: vel est certus ob minorem probabilitatem; & sic sequens minus tutam minus probabilem, erit quoque certus de

non peccato. Rursus aliud est, quod sequens tutiorem minus probabilem sit certus de non peccato, & hoc fateor; aliud de veritate: tunc autem vel illi tutiori minus probabili assentitur, vel non? Si assentitur; ergo assensus præstitus tutiori minus probabili est prudens: si non assentitur; ergo suspendit iudicium directum de veritate tutioris minus probabilis unice contentus hoc reflexo: *Sequendo tutius non pecco.*

Nec satis est dicere, quod dum eligatur tutior minus probabilis, ex gr. de obligatione jejunii, dirigatur ab hoc iudicio, *Jejunando non pecco.* Primo, quia non est questio, an peccem jejunando, sed an teneam jejunare: ergo questioni directæ non respondetur. Secundo, vel tunc suspensio iudicii directi circa obligationem jejunii, à solo reflexo directus non pecco, sequendo tutiorem minus probabilem; vel iudicium directum non suspendo? Si suspendo; ergo sicut satis est iudicium reflexum de licentiâ tutioris minus probabilis, suspensio omni directo de veritate, circa obligationem jejunii, in quoque reflexum de certâ probabilitate opinionis, suspensio omni directo de ejus veritate satis erit. Si non suspendo; ergo directè assentior minus probabili stanti probatione jejunii.

DISPUTATIO XXVI.

In Patrem Adamum Ebrentreich.

N. I.



PRODIIIT anno 1699. Romanis ex Typis citavi Theologiæ Doctoris libellus, brevitate, claritate, & doctrinâ nobilis. Probabiliorista est, & quidem mitissimus, unoque in libello tria præstat. Primò trahit sua principia, & conclusiones de licentiâ, & usu opinionis probabilis. Secundò eorum principiorum fufiorem declarationem in sexdecim Articulis divisam exhibet, impugnando præcipuè insufficienciam iudicii de objectivâ probabilitate. Tertio probationem Lydii lapidis, seu refutationem Doctoris Perer pro Probabilismo. Quæ omnia servato ejus ordine breviter discutiam.

SECTIO I.

Ejus principia.

§. I.

Primum, secundum, tertium principium.

SUMMARIUM.

Ait quod ad omnem actionem moralem requiratur iudicium de licentiâ actionis, adque de honestate materiali, & non tantum de formali, n. 2. ad 5.

Rejicio: Satis de honestate formali actionis, n. 6. 7. 8.

Nego requiri iudicium directum, n. 9. 10.

Ait quod honestas moralis pendeat a conscientia distamine proponente objectivam, n. 11.

Nego requiri distamen de honestate materiali, satis de formali, n. 12.

Omnes docent, quod ut subditus pareat, & ut quis

quis minus probabilem tutiorem sequatur, sicut reflexum, ib. & n. 13.

Nego requiri iudicium directum de honestate materiali, ut formaliter honeste operer, n. 14. 15. 16.

N. 2. **P**rimum est, quod ad omnem actionem moralem praequiratur iudicium de licentia, aut non licentia actionis.

N. 3. **C**um autem, inquit pag. 5. conscientia esse possit speculative falsa, & practice vera, ut patet in invincibiliter erronea, hinc non tantum iudicare debet de honestate, aut inhonestate formali actionis, sed etiam de ejusdem honestate, aut inhonestate materiali.

N. 4. **C**onfirmat 1. quia operans, non praemissa diligentia cognoscendi honestatem aut inhonestatem materiale, peccat ignorantia culpabili: ergo conscientia tenetur iudicare de honestate materiali.

N. 5. **C**onfirmat 2. quia si conscientia deberet tantum iudicare de honestate formali, non rejiciendi essent Authores aliqui, tuentes praequiri conscientiam certam, nam certam de honestate formali praequiri conscientiam non est dubium; immo, juxta plures, evidentem: ergo cum rejiciantur ut n. 11, loquuntur de honestate materiali: ergo ad actionem moralem praequiratur necessarium aliquid de objectiva, seu materiali honestate, aut inhonestate iudicium.

N. 6. **S**ed contra 1. quia illegitima est hac consequentia: Ad omnem actionem moralem praequiratur necessarium aliquid de licentia, aut non licentia, seu de honestate, aut inhonestate actionis iudicium: ergo necessarium praequiratur iudicium de materiali honestate, aut inhonestate actionis. Illegitima est, inquam, hac consequentia, quae transit ab aliquo indeterminato ad quid determinatum. Quod necessarium sit aliquid de honestate, aut inhonestate actionis iudicium, est certum: at quod debeat esse de materiali honestate, aut inhonestate, est prorsus falsum; satis enim est iudicium de formali honestate, aut inhonestate actionis, suspensio omni directo de ejus honestate, aut inhonestate materiali. Simili vitio laborat paritas erroris invincibilis; ex eo enim quod conscientia invincibiliter errans sit iudicium speculative falsum quoad materiale honestatem actionis, & practice verum quoad ejus honestatem formalem, infert hoc in omni conscientia esse necessarium, nempe quod iudicare debeat de objectiva honestate rei.

N. 7. **C**ontra 2. quia pag. 5. ait: Principium est: Ad omnem actionem moralem praecedere debet iudicium, quo actio iudicetur esse li-

cita, vel illicita. Et pag. 8. ait: Hoc igitur conventum inter nos sit, ad actionem moralem necessarium esse iudicium, quo etiam de honestate, vel inhonestate materiali, & objectiva iudicetur. Quapro, qualiter ex primo inferat secundum? Etenim quam certum est primum, eo quia implicat actio moralis sine conscientia; sed hoc est iudicium de licentia, aut non licentia actionis: ergo implicat actio moralis sine iudicio de licentia, aut non licentia actionis: tam falsum est secundum, ut constet ex tota disp. 22. 23. 24. ubi ostendi nullum necessarium praequiri iudicium directum de objectiva honestate: ergo sicut primum principium est, quod aliquid praequiratur de licentia iudicium, ita certo falsum mihi est, quod praequiratur iudicium de materiali licentia, aut honestate actionis.

Contra 3. quia sicut ex eo, quod certum N. 8. P. Adamo sit, quod necessarium sit praequiri iudicium, & quidem certum, de formali honestate iudicium, ut ait pag. 8. nequaquam per eundem Authorem inferitur, praequiri certum de materiali honestate iudicium; immo illud affirmat, & hoc negat; ita nos, ex eo quod praequiratur aliquid de honestate formali iudicium, negamus inferri, praequiri aliquid de honestate materiali.

Ad 1. confirm. aliud est, quod ante operationem homo teneatur inquirere honestatem, aut inhonestatem materiale actionis, quod verum est; si enim eam querere negligeret, peccaret ignorantia culpabili: aliud, quod ea non inventa, sed manente obscura, immo, si mavis, etiam probabilius aut certo moraliter inventa, teneatur homo iudicare de illa; quod falsum est; potest enim suspendere iudicium directum, etiam certo moraliter verum, quia potest esse in re falsum; & unice appellare ad reflexum de licentia operandi actum, quem potest certo moraliter iudicare honestum in re.

Ad 2. satis ostendi disp. 23. & 24. exemplo Deipare, Angelorum, Beatorum, Adam, & omnium Prudentum, quod ad formaliter honeste operandum in incertis necessarium non sit iudicium subjective probabile, probabilius, aut moraliter certum de materiali honestate; sed satis iudicium reflexum certum de objectiva probabilitate, aut probabilitate, aut morali certitudine honestatis materialis.

Dices 1. ex P. Adamo art. 1. pag. 39. quod N. moralis honestas actus pendeat a dictamine conscientiae; sed hoc est regula proxima proponens objectivam honestatem, aut inhonestatem: ergo moralis honestas pendeat a dicta-

à dictamine conscientie proponente objectivam honestatem. Minorem probat ex P. Sanch. *lib. 1. in Decal. cap. 9. num. 1.* ex P. Lessio *1. 2. qu. 19. art. 6. dub. 1.* ex P. Bardi *disceptat. 1. cap. 1. n. 3.* ex P. Illung *tract. 1. art. 1.* qui omnes fatentur, quod dictamen conscientie sit iudicium proponens objectum tamquam honestum, vel turpe, aut actionem tamquam licitam, aut illicitam: ergo iudicium, quo quis iudicat actionem esse in re honestam, est dictamen conscientie: ergo dictamen conscientie est iudicium de materiali honestate, aut inhonestate. Confirmat; quia error est circa objectum secundum se: ergo, cum conscientia invincibilis erronea obliget, talis conscientia est de objecto secundum se, seu de materiali honestate, aut inhonestate.

N. Sed contra; quia aliud est, quod conscientia invincibiliter erronea, vel subjective probabilis, probabilior, aut moraliter certa, sit iudicium de materiali honestate, aut inhonestate, quod concedo; aliud, quod ad omnem conscientiam, necesse sit iudicium de materiali honestate, aut inhonestate; ita ut satis non sit iudicium de honestate materiali, suspensio omni de honestate materiali; vel dato solo reflexo certo de probabilitate, aut probabilitate honestatis materialis, quod nego. Similiter aliud est, quod iudicium de licito, aut illicito secundum se, & materialiter sumpto, sit dictamen conscientie; aliud, quod ad omne conscientie dictamen, necesse sit tale iudicium de licentia, aut non licentia materiali, objecti, & actus: illud est verum, hoc falsum. Nec citati Doctores aliud docent; omnes enim docent, quod licite pareat subditus, suspensio omni iudicio directo de honestate materiali rei; omnes quod speculative dubitans de materiali honestate, aut inhonestate rei, licite operetur deposito dubio per principium reflexum, seu suspensio iudicio directo de materiali honestate rei: ergo, ut honeste formaliter operer, non semper est necessarium iudicium de materiali honestate actus, & objecti.

N. Constat hoc in similibus syllogismis: 13. Omne quod non est certo materialiter malum, immo quod est probabiliter malum, si precipiatur, est licitum; sed commutatio officii non est mihi certo materialiter mala, sed tantum probabiliter mala, & a Superiore precipitur; ergo ea mihi licet, Superiore precipiente. Ecce, hic nullum adest iudicium de honestate materiali, sed unice de formali; nam potest esse falsum, quod id, quod non est certo materialiter malum, non sit materialiter malum: similiter in hoc,

quod centum graves T.T. dicunt materialiter licitum, est licitum: ecce non est iudicium, quod sit materialiter licitum, nam potest esse falsum; sed quod sit formaliter licitum: ergo ut quis honeste formaliter operetur, non semper est necessarium iudicium de honestate materiali. Hinc patet ad alia. Vide instantiam allatam n. 8. & qua dedi disp. 25. per totam.

Dices 2. Ad omnem actum morale necessaria est conscientia; sed hec est iudicium de materiali honestate, aut inhonestate: ergo. Confirmat *art. 2. pag. 52.* quia conscientia opinativa est incerta; sed non nisi de materiali honestate, de hac enim iudicat; ergo de hac est incerta. Addit, quod iudicans aliquid esse malum, non potest illud exequi; similiter abstrahens, an actio sit licita, nequit eam exequi; ergo ut possit, debet iudicare licitam.

Sed contra; quia quæ trahit ex P. Valenz. N. P. Sanch. P. Mendo, & aliis, nil probat, quam quod nisi iudicem aliquid esse honestum, aut non vetitum, non possum operari; sed quod certum est; nam requiritur bonitas, seu iudicium de honestate: at quod hoc iudicium debeat semper esse de materiali honestate, ita ut implicet, ut formaliter honeste operer sine prævio iudicio de materiali honestate, hoc probandum est, & nunquam probabit.

Ad confirm. fateor ita esse; sed quid inde? Hoc enim unice probat, quod operans juxta 16. conscientiam subjective probabilem habeat iudicium directum incertum de honestate materiali: at probet, quod tale iudicium incertum de materiali honestate sit semper necessarium, ut honeste formaliter operer. Idem dico de aliis, quæ unice probant necessarium aliquod iudicium de honestate rei; quod tamen esse debeat de materiali honestate, non probant.

Secundum, & tertium ejus principium N. est, tum quod aliud sit, quod sit probabile, 17. actum esse materialiter honestum; aliud, quod sit materialiter honestus: tum quod intellectus nequeat simul iudicare, actum esse, & non esse materialiter honestum, etiam pro utraque parte adfuit motiva. Utrique principio consentior, & utrumque sæpe a me probatum.

S. II.

Quartum, quintum, sextum.

SUMMARIUM.

Ait, quod stante motivo probabiliori intellectus nequeat assentiri minus probabili: quia si assentiret

sentiri velit, tenetur probabiliori, n. 18. ad 21.
Solve, n. 22. ad 24.

Inter similia alba, plura sunt alba, quam nigra; inter similia vero, tot sunt falsa, quot vera, n. 25. 26.

Ait, quod est viri graves iudicent hoc esse materialiter honestum, si mihi sit intrinsece probabilius, non esse, nequeo illis assentiri, n. 27.

Solve, n. 28.

In quo fundatur Doctorum autoritas? Ibid.

In honestas formalis non fundatur in iudicio de inhonestate materiali, n. 31.

Ut formaliter peccem non est necessarium iudicium de inhonestate materiali, ibid.

N. 18. Quartum principium est, quod stante motivo probabiliori intellectus non possit assentiri opposito minus probabili; esto enim utrumque iudicium suspendere possit, attamen ex hypothese quod assentiri velit, necesse est, ut probabiliori assentiat. Ratio est; quia, si assentiretur minus probabili, oppositam probabiliorum iudicaret falsam; sed hoc implicat: ergo

N. 19. Secundo, quia affirmans sine ratione, affirmat imprudenter: ergo affirmans unum præ altero, sine ratione affirmandi hoc præ illo, sed potius è contrario, imprudenter affirmabit; sed quoties una pars videtur minus similis vero, altera opposita magis similis vero, non habet intellectus rationem affirmandi, quod pars minus similis vero sit vera, & pars similior vero sit falsa, sed potius è contrario: ergo intellectus nequit prudenter affirmare, actionem esse materialiter honestam, quando ipsi probabilius est, quod sit materialiter inhonesta.

N. 21. Tertiò, dicere, quod notabiliter similis nigro sit album, & quod clarè est minus simile nigro, sit nigrum, est imprudentia: ergo dicere, quod id, quod clarè videtur similis vero, sit falsum; id verò quod est minus simile vero, sit verum, erit imprudentia. Sanè totus intellectus (ait pag. 12.) resistit huic illationi: Hoc clarè est similis auro, ergo non est aurum: Hoc clarè est minus simile auro, ergo est aurum: ergo est contra rationem, opinionem similiorem vero iudicare falsam, & minus similem vero iudicare veram.

N. 22. Sed contra; quia quod intellectus possit physice assentiri minus probabili, ostendi disp. 8. paritate Infidelitatis, Hæresis, & iudicii temerarii. Dato quod physice possit, moraliter possit, ostendi paritate voluntatis capacis eligere minus bonum ex motivo honesto; ergo etiam intellectus minus verum. Ut autem voluntas minus bonum eligens

non rejicit maius, tamquam malum; ita intellectus assentiens minus probabili, ut veræ, non dissentitur probabiliori tamquam falsæ: immò, etsi dissentiretur, quid inde? Ut enim ob diversitatem potest inter bona eligi minus; ita ob eandem potest intellectus inter probabiliter vera assentiri minus vero.

Ad 1. transmittit maiorem, de qua vide, N. quæ dedi disp. 8. sect. 6. §. 1. & nego minorem. 23.

Ad 2. nego, quod intellectus non habeat rationem assentiendi minus probabili tamquam vero; immò cum alterutrum sit in re falsum, eo ipso intellectus uni parti assentitur, alteri dissentitur; habet ergo cur assentiat, & cur dissentiat; immò motivum ob quod assentitur, non est idem, ac ob quod dissentitur: quod si P. Adamus hoc consideraret, nil haberet quod objiceret. Vid. disp. 8. sect. 6. §. 1. & 3.

Ad 3. concessio antecedenti, nego consequenti. Disparitas est patens; quia inter similia nigro non sunt tot alba, quot nigra; immò plura nigra, quam alba: at inter similia vero, tot sunt falsa, quot vera; & inter minus similia vero, tot sunt vera, quot falsa: ergo licet imprudentia sit, similis nigro dicere album; non tamen est, similis vero dicere falsum, & minus simile vero dicere verum.

Ratio est, ut sæpe dixi; quod tam maior, N. quam minor probabilitas, æquæ, & toties 26. connectitur cum vero, ac cum falso; & per hoc, quod unum sit probabilius verum, non ideo est verum in re, etsi videatur magis verum: contra maior similitudo albi connectitur plerumque cum albo, non cum nigro; & minor similitudo albi connectitur plerumque cum nigro, non cum albo. Quantum ergo intellectus ab oculo distat, tantum paritas à paritate.

Quintum principium est, quod ex eo N. quod viri docti, & probi affirmant aliquid 27. esse materialiter honestum, quod mihi in P. Adamus. intrinsece probabilius est, esse materialiter inhonestum, non possum ob eos viros prudenter iudicare esse honestum. Ratio est, ait pag. 15. quia tota autoritas nititur rationi: ergo si iudico eorum rationes clarè minus probabiles, & falsas, nequeo prudenter assentiri, quod illud sit materialiter honestum. Accedit, neminem posse prudenter sentire cum illo, quem potest prudentius iudicare, quod fallatur.

Sed contra; tum quia, etsi mea mihi sit N. clarè probabilior, adhuc opposita est mihi 28. certò probabilis, nec huius rationes, non nisi probabiliter, iudicantur falsæ: tum quia, etsi

et si rationes oppositæ videantur mihi probabilius falsæ, quia tamen Doctorum auctoritas non fundatur in ratione hujus tantum opinionis, quam nunc asserunt, sed in sapientia, quam in pluribus aliis materiis manifestarunt, non est, cur non possim prudenter judicare, me hic, & nunc falli, judicando eorum rationes esse falsas, atque adeo, suspensio omni judicio directo, nixto motivo mihi clarè probabiliori, & fundatus unice eorum auctoritati, formare potero aliud directum juxta eorum opinionem. Vid. disp. 17.

N.
29.

Sextum principium est, quod, quando viris probis, & doctis nequeo prudenter assentiri circa materialem honestatem actionis, tunc nec possim ob eorum auctoritatem judicare prudenter, fore mihi actionem illam formaliter honestam. Tum quia & honestas formalis, ait pag. 17. confurgit immediatè ex judicata inhonestate materiali. Tum quia nemo potest se excusare à peccato formali sequendo illos, quos non poterat prudenter judicare non falli. Tum quia potero contra mentem loqui sine formali mendacio; seu potero honestè formaliter docere aliquid esse licitum ex aliorum auctoritate, quod interitis judico falsum.

N.
30.

Sed contra; quia hæc nituntur principio nobis certò falso, nempe quod ad honestè formaliter operandum necessarium sit directum de honestate materiali judicium, satis enim est, vel solum directum, vel solum reflexum de probabilitate honestatis: tum quia, etiam datà judicii directi de honestate materiali necessitate, falsum, quod nequam directè assentiri ob rationem, & auctoritatem mihi certò probabilem.

N.
31.

Hinc ad 1. nego, quod inhonestas formalis immediatè confurgat ex judicata inhonestate materiali; immò hoc est contra omnes; omnes enim docent, quod operans in dubio, & non deposito, peccet formaliter; sed operans in dubio de honestate materiali suspendit omne judicium directum tam de honestate, quam de inhonestate materiali: ergo operans sine judicio directo de non honestate materiali peccat: ergo falsum, quod formalis inhonestas, seu formale peccatum immediatè confurgat ex judicata inhonestate materiali: si ergo, ut formaliter peccem, necessarium non est judicium de inhonestate materiali, eo ipso falsum est, quod formalis inhonestas immediatè oriatur ex judicata inhonestate materiali. Immo hinc eruo novam rationem, quod si ut formaliter inhonestè operer, necesse non est judicium de inhonestate materiali; ne-

que necessarium erit judicium de honestate materiali, ut formaliter honestè operer; sed tatis, ut dubium de honestate deponitur per judicium aliquod reflexum, suspensio directo de honestate materiali.

Ad 2. distinguo: Nemo excusatur à peccato formali sequendo eos, quos potest prudenter judicare falli, ita tamen ut judicet prudenter etiam non falli, nego; nam tamen, ut nequeat, aut non judicet eos prudenter non falli, concedo.

Ad 3. nego mai. nam judicare, licere per se, & tamen ex aliena auctoritate, & judicare ex meâ ratione non licere, non opponuntur, ut latè dixi disp. 12.

SECTIO II.

Ejus Conclusiones.

SUMMARIUM.

Negat licere minus tutam minus probabilem, n.

34.

Impugno, n. 35.

Asserit licitum sequi notabiliter probabiliorem minus tutam, omniâ tutiori minus probabili, n. 36.

Retorqueo, n. 37.

Ait, quod si utraque sit æqui probabilis, tutior sequenda, n. 38.

Subdit quod si notabile commodum temporale accedat citra prejudicium tertij, poterit quis in sui favorem judicare, ibid.

Si notabile commodum est ratio sufficiens, ne quis obligetur inter æquè probabiles ad tutiorem, & per commodum sit probabilior, licet bit minus tutam minus probabilis, n. 39.

Prima est, illicitum sequi minus tutam N. minus probabilem; quia ad honestè agendum prærequiritur judicium prudens de licentia materiali, seu honestate objectivè actionis; sed habens opinionem tutiorem, & probabiliorem de inhonestate materiali, nequit habere judicium prudens de honestate materiali: ergo.

Sed contra; quia maior est falsa, & peccat in supposito: falsa ex inductione Depa- 35. ræ, & Beatorum, qui directi sunt ad honestas operationes ex solo reflexo de probabilitate materialis honestatis judicio, sine omni directo de honestate materiali: ergo & nos peccat, quia supponit, quod ut quis sequatur minus probabilem minus tutam, debeat judicium subjective probabile unire judicio subjective probabiliori, quod repugnat, cum aliud sit similitudo probabilitatis, aliud probabilitas simultatis, nec liceat ab uno transire ad aliud.

ad aliud. Addo, quod etiam datā utraq̃ue præmissā, ut verā, unicē inferitur, illicitum sequi minus tutam minus probabilem, stante tutiori, & probabiliori, quod certum est; immo hoc repugnat: quod nec repugnat, nec est illicitum, est, quod liceat sequi minus tutam minus probabilem, stante *objectivā* probabilioritate opinionis oppositā; repugnat autem, & non licet, stante *subje-*

N. 36. P. Adamus. Secunda est: Licitum est sequi opinionem notabiliter probabiliorē minus tutam, contra tutiorem minus probabilem. Ratio est; quia agens, quod adhibetā morali diligentia prudenter judicat in re licitum, & se ad plus non teneri, facit, quod debet; sed habens opinionem probabiliorē de materiali honestate actionis, etsi minus tutam, prudenter judicat eam actionem sibi nunc licitam, & se ad plus non teneri: ergo.

N. 37. Sed contra; quia, ut Adversarius eā ratione probat licitum sequi minus tutam probabiliorē, contra Tutoritas obligantes ad tutiorem minus probabilem; ait enim, se non teneri ad plus; eō quia supponit, probandum à Tutoristis, dari legem sequendi tutiorem minus probabilem: ita ego eā ratione probo, licitam minus tutam minus probabilem; quatenus qui posita morali diligentia prudenter judicat aliquid in re licitum, & se ad plus non teneri, facit quod debet: sed sequens minus tutam minus probabilem de materiali honestate prudenter judicat eam actionem sibi licere, & se ad plus non teneri; nam Probabilioristarum est probare legem obligantem ad probabilius; & quod satis non sit moralis diligentia de probabilitate honestatis materialis: ergo.

N. 38. P. Adamus. Tertia est, quod quando utraq̃ue est æquē probabilis, sequenda sit tutior, quia in dubio, quod prudenter deponi non potest, sequendum tutius: sed stante æquali probabilitate, deponi non potest: ergo. Subdit hoc intelligendum, stando præcisē intra æqualitatem rationum, & autoritatum; nam si accedat notabile commodum, aut incommodum temporale, citra præjudicium tertii, poterit quis in sui favorem judicare: si enim hoc aliquando excusat à certā lege, cur non à dubia? tunc autem ipsum commodum, vel incommodum notabile vicem supplet rationis; & sic hoc ipso rationes non sunt æquales. Similiter intelligendum, nisi specialis honestas, ex. gr. obedientiæ insinuetur; ob quam licet etiam maiorum rationum pondus relinquere.

N. 39. Sed contra 1. quia si notabile commodum, aut incommodum temporale, citra præju-

diciū tertii, est ratio sufficiens, ne quis inter æquē probabiles teneatur ad tutiorem; imo per idem commodum opinio stans pro commodo fit probabilior; sequitur, quod licebit quoque sequi minus probabilem faventem libertati, & commodo, quia eadem minus probabilis fiet per commodum, & libertatem probabilior. Secundo, quia, vel per præjudiciū tertii intelligit purum damnum proximi, vel etiam violationem materiale legis? si hoc secundum, numquam licebit ex æquē probabilibus sequi minus tutam, etiam quando adest notabile incommodum sine præjudicio tertii; adest enim tunc probabile præjudiciū tertii, nempe materialis violatio legis. Si primum, licebit sequi minus tutam minus probabilem, quia tunc non adest præjudiciū tertii, sed sola materialis violatio, & ratione commodi notabilis (quo nullum maius libertate) ea minus probabilis fiet probabilior. Tertio, quia notabile commodum, aut incommodum unicē excusat à certā lege humanā; non autem ab ullā naturali, & Divinā; ergo, nisi limitetur ad legem humanam, dicit falsum.

S E C T I O III.

Ejus solutiones.

S U M M A R I U M.

Ait iudiciū probabile de honestate materiali fieri certum de formali, n. 40.

Incoherētia, n. 41.

Negat, quod iudicans rem malam esse, eam ob DD. contrarios eligere possit, n. 42.

Non est necesse, ut malam iudicet, n. 43.

Ait motivum probabile stante probabiliori dignum esse prudenti assensu speculativo, non pratico, n. 44.

Ejus contradicō, n. 45.

Ait quod Deus injuste damnet sequens minus probabilem, omittit probabiliori, n. 46.

Retorqueo, n. 47.

Ait eligi posse minus bonum, non minus verum, n. 48.

Retorqueo, n. 49.

Vult moralem diligentiam pro qualitate occasionem taxandam, n. 50.

Accedens nostrarum rationum solutio. N. ni ait 1. pag. 23. quod iudiciū probabile de honestate materiali, quia nixum morali diligentia pro eā adhibita, fit certum de honestate formali.

Sed contra; quia etsi hoc verum sit, hoc tamen non coheret ejus doctrinæ; si enim iudiciū de formali honestate fundatur in

Hh

judi-

jectivè probabilia, unum de honestate, aliud de inhonestate, repugnant: demum tantum probabilitas honestatis differt ab honestate, quantum probabilitas veritatis à veritate: ergo probabilitas honestatis, & honestas, nec mutuò, nec non mutuò sunt philosophicè idem.

N. Unus tamen mihi se offert scrupulus in doctrinà hujus Authoris, qui ait, quòd non fit idem judicare actionem aliquam probabiliter esse materialiter honestam, ac judicare opinativè eam esse honestam, adeoque non omne probabile esse opinabile.

N. Sed non assentior huic modo loquendi; si enim subjectivè probabile fecernat ab objectivè probabili, videbit, tum quòd omne subjectivè probabile sit opinabile, nam opinio dividitur in probabilem, & non probabilem: ergo omne subjectivè probabile est opinabile: tum quòd ex hoc, quòd duplex objectiva probabilitas, honestatis, & inhonestatis, simul esse possit, non sequitur, quòd etiam duplex subjectiva probabilitas simul esse possit, nam assensus probabilis, & dissensus probabilis simul repugnant; non ita duplex objectiva probabilitas assensus, & dissensus; nam nulla est illatio à simultaneà objectivà probabilitate assensus, & dissensus, ad simultaneam assensus, & dissensus coexistentiam; quo modo nulla consequentia à simultaneà possibilitate amoris, & odii, ad simultaneam amoris, & odii coexistentiam; & à simultaneà contingentia meæ existentie, & non existentie, & meæ salutis, & damnationis, ad simultaneam coexistentiam meæ existentie, & non existentie, meæ salutis, & damnationis. Ratio est; quia utraque possibilitas amoris, & odii, salutis, & damnationis, nullam habent repugnantiam; habent autem amor, & odium, salus, & damnatio. Idem est in casu nostro: utraque probabilitas assensus, & dissensus, nullam habent repugnantiam; habent assensus, & dissensus, etiam probabiles. Quare moneo sæpe monitum; quòd si tò simul cadat supra probabilitatem, permitto; si supra probabilem assensum, & dissensum, nego. Adde dicendum potius, quòd non omne opinabile sit probabile, ut hic sumimus, quam econtra; nam nulla opinio temeraria est probabilis, & tamen est opinabilis: ergo potius non omne opinabile est probabile.

N. Est idem moraliter, seu quoad mores, certam probabilitatem honestatis, & honestatem, ex professo tuasi *disp. 22. 23. 24.* ex consensu omnium Scholarum; ex modo perfectissimo operandi Deiparæ, Beatorum, & omnium summè prudentum. Si enim judi-

cium in re falsum, quia putatur invincibiliter, aut certò moraliter verum de honestate, æquivaleret quoad honestè operandum ipsi judicio in re vero de honestate, nec hoc negari potest; nam probabilissima, et si in re falsa, excusat à peccato: ita etiam certum de probabilitate honestatis judicium æquivaleret judicio subjectivè probabili de honestate; & sicut hoc satis est, ita & illud.

Negat hoc P. Adamus *art. 4.* quia judicium de probabilitate honestatis materialis, nec divinum ab omni directo de materiali honestate, aut inhonestate; nec unitum directo de materiali inhonestate, æquivaleret judicio directo de honestate materiali: ergo.

Primam partem probat *pag. 85.* primò, quia si reflexum de probabilitate honestatis est moraliter idem, ac directum de honestate; etiam judicium de probabilitate inhonestatis erit moraliter idem, ac directum de inhonestate; ergo cum utrumque reflexum simul esse possit, & quodlibet æquivaleret suo directo, conscientia dirigetur ad honestè operandum à duplici judicio in morali æstimatione contradictorio. Secundo, quia suspensio omnis judicii directi est dubium; sed dubium in moralibus non æquivaleret assensui, vel dissensui, aliàs liceret operari cum dubio: ergo judicare probabile esse, quòd actio sit honesta, suspento omni assensu de honestate, & inhonestate, non est moraliter idem, ac judicare illam esse honestam.

Secundam probat *pag. 73.* quia judicans actionem esse materialiter inhonestam, judicat nullam esse probabilitatem honestatis, nam judicat falsum, quòd actio sit materialiter honesta: ergo judicium de probabilitate honestatis, unitum judicio directo de materiali inhonestate, non æquivaleret directo de honestate materiali. Secundo, quia nulla pars contradictionis stat cum oppositâ, immò hanc excludit: sed judicium, quo judico actionem esse inhonestam, opponitur contradictoriè judicio, quo dico esse honestam: ergo illud primum judicium non stat cum hoc secundo; sed stare, & moraliter includeret, si judicare probabile esse, quòd actio sit honesta, idem moraliter esset, ac judicare, quòd sit honesta: ergo. Tertio, quia, si probabilitas honestatis unita judicio inhonestatis, est moraliter judicium honestatis, posset conjugatus accedere honestè ad eam, ad quam judicat inhonestum accedere. Quarto trahit P. Esparza, P. Bardi, P. Vasq. P. Palao, & alios tuentes, tum quòd nemo sequi possit opinionem, nisi eam prius judicet veram, seu quòd objectum in re sit honestum; tum quòd nemo possit operari juxta aliquam

Hh ij opini

N.
56.
P. Adamus.

N.
57.

N.
58.

P. Esp.
P. Bardi.
P. Vasq.
P. Palao.

opinionem, nisi deponat iudicium de ejus falsitate.

N.
59.

Nego antec. ad 1. primæ partis rationem dico solvendum à P. Adamo: quæro enim 1. an si quis sub solo reflexo de inhonestatis probabilitate iudicio operaretur, peccaret? Si peccaret, ut certum est; ergo iudicium de probabilitate inhonestatis æquivaleret directo de inhonestate: ergo cum, ut docet art. 3. coexistere simul possint duo modalia, unum de probabilitate honestatis, aliud inhonestatis, dirigitur conscientia ab utroque contradictorio iudicio in æstimatione morali. Quæro 2. an licitum sit operari sub solo reflexo de maiori probabilitate honestatis? Si licet; ergo illud æquivaleret directo subjective probabiliori de honestate; ergo cum illud reflexum possit simul stare cum alio reflexo de minori probabilitate inhonestatis, conscientia regetur a duplici iudicio contradictorio. In formâ dico, tum quod dimitti possit reflexum de probabilitate inhonestatis, quo casu ruit argumentum, nam unice aderit reflexum de probabilitate honestatis: tum quod, etsi utrumque simul existat, unum tantum se habet practice, nempe id, ad quod sequendum voluntas se determinat, cum sit ei permittum quodlibet sequi; aliud speculative: ergo conscientia non regetur à duplici iudicio practico contradictorio. Ad primam ejusdem partis rationem dico, quod non liceat operari cum dubio, tam de veritate, quam de probabilitate; in nostro autem casu unice adest dubium de veritate, & simul adest certitudo de probabilitate veritatis, seu honestatis moralis; quare suspensio omnis iudicii directi de veritate est dubium tantum de veritate, non autem de certâ probabilitate veritatis.

N.
60.

Ad 1. rationem secundæ partis dico per eam, & alias unice probari, quod non satis sit reflexum de probabilitate honestatis iudicium, unitum directo de inhonestate; quod non est contra me; nam unice doceo, tum quod ad rectè operandum satis se solo sit reflexum de certâ probabilitate honestatis, suspensio omni directo de honestate, & inhonestate: tum quod quis licet sequi possit alienam, dimissâ propriâ. At quia puto etiam verum (etsi ad meam doctrinam non necessarium) quod licitum sit operari sub iudicio de certâ probabilitate honestatis, & sequi alienam, retentâ propriâ, ideo nego, quod judicans actionem esse inhonestam, nequeat simul judicare reflexè, quod sit certò probabile esse honestam; nam iudicium de inhonestate excludit quidem iudicium de honestate, at non excludit reflexum de cer-

tâ probabilitate honestatis; nullam enim in hoc oppositio: iudico subjective probabiliter picturam esse illicitam, ita tamen ut simul certò probabile sit esse licitam: quare iudicium de non licentiâ picture excludit veritatem a iudicio de licentiâ; non tamen probabilitatem ab eodem iudicio de licentiâ. Vid. disp. 12. per totam.

Ad 2. rationem, dato toto syllogismo, N. nego subsumptum ob dicta; nam repugnantia utriusque iudicii directi est quoad simultaneam veritatem, non quoad simultaneam probabilitatem, ut etiam tacetur ipse P. Adamus, dicens non repugnare simul hæc duo modalia, Probabile est picturam licere; probabile est non licere; repugnare tamen simul hæc duo absoluta, Licet, non licet.

Ad 3. nego sequelam; non enim conjungitur, ut licite accedat ad mulierem, satis est probabilitas, sed necessaria certitudo, quod sit tua uxor. Adde eam probabilitatem esse per speculativam.

Ad 4. nemo ex DD. relatis sentit cum P. N. Adamo, ut disp. 25. sect. 3. dixi. Non P. Est. 63. parva, quia dum dicit, neminem sequi posse P. Est opinionem, nisi iudicet veram, loquitur tunc de solâ conscientiâ directâ, non de reflexâ, de quâ non disputat: immo nec ego dico, licitum sub solo reflexo iudicio de certâ probabilitate honestatis operari, nisi quia hoc iudico verum. Non P. Bardi, qui unice negat, licitum sequi iudicium falsum, per principia extrinseca, aut intrinseca non deponatur; quod certum est. At non inde sequitur, me non posse sequi alienam, formatò certo de ejus opinionis probabilitate iudicio; tunc autem, præter iudicium subjective probabile de falsitate, habes certum reflexum de probabilitate veritatis ejusdem opinionis. Non P. Vasquez, qui aperte 1. 2. disp. 62. cap. 3. ait, nos posse sequi alienam, si censuerimus probabilem. Quod autem P. Adamus addit, probabilem iudicandam asserendo ei, ut verâ, est proclus falsum; si enim eam alienam iudico falsam, quomodo P. Vasquez velle potest iudicandam veram, dum ait, iudicandam probabilem ob authoritatem? sane est velle in tanto Doctore tum contradictionem, tum confusionem probabilitatis cum veritate. Non P. Palao, qui rectè docet non satis, ut alii judicent aliquid verum, ut ego sequar, quod certum est; nam, ut illud sequar, necesse falem, ut iudicem certò probabile id, quod alii judicant verum.

SECTION V.

Quid nostris principiis, & nostris Conclusionibus opponat?

§. I.

Aliqua.

SUMMARIUM.

Negat opinionem absolute, & relative probabilem esse prudenter eligibilem, alias non potuisset vetari, quod prudenter agat, qui probabiliter agit, n. 64.

Ait nos supponere, non probare, quod minus maneat probabilis, n. 65.

Ait nos non respondere quaestioni, n. 67.

Ejus Apostrophe, ibid.

Ait nos negare licere probabilissimam, n. 68.

Expono damnatam, quod qui probabiliter agit, prudenter agat: & ostendo minus probabilem manere talem, n. 70. ad 73.

Ostendo nos, non vero Anti-Probabilistas, respondere quaestioni, n. 74. 75.

Nostra sententia ante Dei Tribunal innocens; quin omnis generalis: Particulares opiniones sunt quae timende, n. 76. 77.

Retorqueo Apostrophen, ibid.

Probabilista Reflexista in quo discordent à Probabilistis Non-Reflexistis, n. 78.

Agrè fert, quod nostra sententia vocetur certa. Retorqueo, n. 80. ad 84.

Ait nostram sententiam ducere ad praxes graviter vetitas, n. 85.

Solvo, n. 86.

N. 64. **D**icitur 1. falsum, quod aliqua sententia visa tum absolute, tum comparative probabilis, sit hoc ipso practice, & prudenter eligibilis. Primo, quia vetari non potuisset propositum, quod generatim loquendo prudenter cogatur, quoties probabiliter agitur.

N. 65. Secundo, quia, si nos indignamur in Anti-Probabilistas, & dicimus eos mutare quaestionem, dum minus probabilem negant manere probabilem, stante probabiliore; multo magis nos eam mutamus, dum tamquam ex terminis nota assumimus, quae sunt maxime probanda, nempe quod minus probabilis in praesentia probabiliore maneat probabilis, & quod omne probabile sit prudenter affirmabile, & eligibile; quae duo si vera, & nota sunt, non potest nostra sententia non esse vera; sed tantum abest, ut haec nota sint, quin falsa sunt: falsum enim, quod omne probabile sit prudenter eligibile; quid enim prodest probabilitas ad honestandam coram Deo actionem, quae potest judicari legi Dei opposita? Numquid coram Deo

Tom. III.

excusabor dicendo me id egisse cum quadam probabilitate de ejus licentia, potens judicare illud opus in re illicitum?

Tertio, quia plures Probabilistae negant, intellectum assentiri posse minus probabilem, etsi enim liber sit suspendere omnem assensum tam circa magis, quam circa minus probabile, dato tamen, quod assentiri velit, tenetur assentiri probabiliore: ergo etiam per plures Probabilitas est falsum, quod omne probabile sit prudenter affirmabile.

Quarto, quia quaestio est, quomodo quis assentiri possit ex conscientia probabili? Nos autem ponimus mera dictamina evidenter, nam dictamen de probabilitate, adeoque de prudenti eligibilitate, cum idem sit, est evidens; nullum autem aliud dictamen adest, aut est impertinens; judicium enim subiective probabile, vel juxta plures possibile non est; vel si est, est remotum: ergo non respondemus quaestioni. Quo vultu igitur, ait pag. 104. ex coruscâ nube, plenus maiestate Judex cum Angelis, Justique omnibus excepturus erit eos, qui dicent, se fecisse illud, quod nec judicaverunt, nec judicare poterunt esse Maiestati suae placitum, solâ probabilitate honestatis, in favorem carnis, & sanguinis contentos, iudicio honestatis, tamquam impertinente nihili habito?

Quinto, quia incidimus in damnatam ab Alexand. VIII. Non licet sequi probabilissimam, sed tantum licebit sequi evidens iudicium de summâ probabilitate.

Sexto, quia negari potest, quod minus probabile in praesentia notabiliter probabiliore maneat probabile, seu approbabile.

Resp. quod, si certo absolute, & relative probabile, non est, stante probabiliore opposito, prudenter eligibile, unum tantum ex extremis oppositis erit prudenter eligibile: ergo inter vitam activam, & contemplativam; inter exlibatum, & matrimonium, unum tantum erit prudenter eligibile, quod est certo falsum. Similiter una tantum ex opinionibus non contrariis inaequaliter probabilibus erit prudenter eligibilis; quod ab Adversariis negatur: ergo ex hoc, quod altera ex oppositis sit probabilior, non fit, quod minus probabilis non sit prudenter eligibilis. Addo Adversario incumbere onus probandi, quod probabile, & probabilius, inter extrema opposita, non stent comparative, sed contrarie; quod si hoc probabit, evincet omnes T. T. rigori scholastico in modo loquendi adstrictos, adeo idiotas fuisse, ut non probabile dixerint minus probabile; & solum probabile dixerint probabilius.

Hh ij

83

N. Ad 1. dico recte damnatam, tum quia lo-
71. quitur de tenui probabilitate, quæ non est
luc. XI. probabilitas, nisi secundum quid, seu pa-
rum probabilis; tum quia non loquitur de
certa probabilitate, cui soli damus pruden-
tiam.

N. Ad 2. dico, planum esse, Anti-Probabi-
72. listas mutare questionem, si enim minus
probabilis, stante probabiliore, non manet
probabilis, non mirum si eam sequi non li-
ceat, immo tunc nec nos impugnant. Quod
autem minus probabilis, stante probabili-
ori, maneat probabilis, ipsæ questionis sta-
tus hoc supponit; & eo supposito quaeritur,
an liceat minus probabilis: ergo suppositum
illud nec est à nobis probandum, sed unice,
quod sequitur ad illud; nec ab Adversariis
negandum, sed unice quod ad illud sequitur;
ut constat in infinitis questionibus philoso-
phicis, & theologicis, speculativis, & mor-
alibus, in quibus aliquid supponitur, & eo
supposito, aliud inferitur: ergo, qui negat
suppositum, questionem invertit.

N. Præterea quod minus probabilis, stante
73. probabiliore, maneat probabilis, ostendi
disp. 14. sect. 5. §. 2. & disp. 16. sect. 6. §. 2.
tum ex naturâ probabilitatis, quæ non tol-
litur, nisi à certitudine, vel evidentia; tum
quia nullum esset inter moraliter certum,
& probabilius, discrimen, si utrumque tol-
lit probabilitatem oppositam, tum ex pluri-
bus, quæ necesse est confundere, nempe mi-
norem probabilitatem cum non probabili-
tate; probabilitatem cum mera probabili-
tate; improbabilitatem cum certitudine
moralis. Denique quod omne certo probabi-
le sit prudenter eligibile, satis constat, con-
siderato quid sit iudicium certo probabile,
& quid prudens. An autem hoc sit notum ex
terminis, meâ nihil interest; si enim non est,
ego illud probavi.

N. Ad 3. fateor, ut dixi disp. 8. plures Pro-
74. babilistas negare, intellectum assentiri pos-
se minus probabili; ego tamen sensi opposi-
tum ex peccato infidelitatis, hæresis, & ju-
dicii temerarii; ex paritate voluntatis, ex
diversitate veri, quod est in minus, & non
in magis probabili; ex ratione prudentiæ,
quæ sicut, ut prudenter velit bonum, non est
necesse, ut obliget voluntatem ad maius in-
ter bona, ita nec intellectum ad verius inter
vera. Addo tum quod Probabilista, qui hoc
negant, propter hoc recurrant ad iudicium
reflexum de licentiâ operandi juxta minus
probabilem, etsi nequeat juxta eam physicè
opinari: tum quod Adversarius ex eo quia
Probabilista in aliquibus inter se contradi-
cant, ad summum dicere potest, illud non est

se certum omnibus. An numquid omnes
Anti-Probabilistæ inter se in suis principis
concordant; immo, quod perus est, num-
quid in conclusione? Quæ ergo ratione di-
cunt ea certissima, per se nota, & demon-
strativa; cum à pluribus, qui sub Anti-Pro-
babilistâ tentorii vivunt, negentur?

Ad 4. dico omnes Probabilistas idem re-
sponderè questioni, etsi diversimodè necesse
dant. Omnes concedunt in asserendo licitum
sequi minus tutam minus probabilem.
An autem intellectus possit, vel non possit
physicè assentiri minus probabili; & dato
quod possit, an se solo satis iudicium subje-
ctivè probabile, an etiam necessarium aliud
reflexum certum, in hoc discordant. Porro
hæc principiorum discordia reperitur quo-
quæ inter Probabilistas: nam P. Scholæ, p. 521
& M. Martin. de Prado volunt, quod prae-
ter iudicium subjectivè probabilem, neces-
sarium sit aliud certum de licito usu opino-
nis subjectivè probabilioris.

Compellatio tam frequens ad Dei Tribu-
nal; quod Adversarii nos vocant, etiam 76.
importunus, & terror inopportuns. Quod
terrorem incurere debet, non est hæc, aut
illa sententia generica de licito, aut non li-
cito usu probabili, quia quælibet, ut sepe
dixi, se habet refertorè quoad mores; sed sunt
opiniones particulares, quas quis contra omne
fas dicit certo probabiles, aut probabili-
res, cum sint in se falsæ, & scandalosæ. Pie
enim, ut Probabilista vocetur ad Dei Tri-
bunal, qui neget ex. gr. quod liceat talis
contractus, talis ingressus in domum su-
spectam, immo neget eam opinionem esse
probabilem: & simul vocetur ad Dei Tri-
bunal Probabiliorista, qui ea omnia vocatur,
ut sibi probabiliora: rogo, quoniam ex illa à
supremo Iudice male excipietur? an Proba-
bilista laxior in regulâ generali, & strictus
in opinionibus particularibus; an Probabi-
liorista severus in regulâ generali, & laxus
in praxi opinionum particularium? Sane
Probabiliorista. Ergo evidens est, parum
quoad mores prodesse; quæcumque regula
generalem sequaris; multum interire,
quas opinioniones particulares approbes: ab his
enim pendet disciplina, aut corruptela Fi-
delium.

Accedit, totum retorqueri in P. Adamum N.
Probabilioristam; provocetur enim à Tu-
riorista ad Dei Tribunal, & rogetur, cur
omissa tutiori, certissima de non peccato, se-
cutus sit minus tutam probabilem? Cur
probabiliorem minus tutam præposuerit tu-
riori minus probabili? si dixerit, quia mi-
nus tuta erat sibi probabilior, urgebit Ju-
dex,

deus, cuius tutoriam certissima de non peccato materiali praeposuerit incertam, tum de non peccato materiali, tum de veritate probabilioritatem? Cur steterit potius pro veritate, quae sub qualibet probabilioritate manet incerta, cum tot inter probabiliores sint falsae, quot verae; quam pro lege, nam tutor stat certo pro lege, probabilior non stat certo pro veritate? Ergo eligere potius debebat minus probabilem tutiorem, stantem certo pro non peccato materiali, quam minus tutam probabilioram, stantem incerto pro veritate, & non peccato, & certo pro libertate. Quid ad haec P. Adamus? Si dixerit, se prudenter operatum sequendo probabilius, negabit Tutoriam, si sit minus tutum; nos concedemus; at concedi nobis petimus, quod sequens etiam minus probabilem prudenter operetur.

N. 78. Ad 7. nego antec. tum juxta me, qui tunc, quod intellectus physice, & prudenter assentiri possit minus probabilium juxta eos, qui hoc negant; non tamen negant, quod intellectus possit physice assentiri probabiliori; adeoque, etsi recte probetur necessarium non esse ullum certum judicium reflexum, praeter judicium directum, ut ego doctui; illi tamen Probabilistae, qui hoc tuebantur necessarium, & simul negant intellectum posse physice assentiri minus probabili, dicunt illud reflexum necessarium non esse, quando judicium directum est probabilissimum, quia est quasi moraliter certum; esse tamen, dum est infra illud, eo quia certitudo de non peccato est necessaria, ne peccem; ea autem nulli judicio, nisi probabilissimo, inest juxta illos.

N. 79. Ad 6. dico, non posse cum veritate negari, quod minus probabile non sit approbabile; est enim, nam nititur motivo certo gravi, ut dixi *disp. 16. sect. 6. §. 2.*

N. 80. Dicit 2. *art. 7.* falsum, quod sub solo judicio de certa probabilitate liceat operari. Sed contra; quia mihi tam certum est, non requiri judicium directum, sed satis reflexum saltem de probabilioritate, ac certum sit Deiparam, Angelos, & Beatos ita operari, & quidem honeste.

N. 81. Dicit 3. *art. 8.* quod si esset evidens, quod sequens minus probabilem licite operetur, opposita sententia esset evidenter falsa; & evidens esset, quod Deus injuste damnaret operantem juxta minus probabilem; & nostra Societas concedens libertatem sequendi sententiam negantem, licitum sequi minus probabilem, concederet evidenter errorem.

N. 82. Sed contra 1. quia hi non sunt, nisi terrores panici, quia quid magis obvium in

Anti-Probabilistis, quam propriam vocare evidentem, certissimam, per se notam? satis fuisse P. Adamo legere Antonium Charlas Romae, ubi ipse degit, impressum, qui haec passim habet, & tamen fatetur, se cum summa moderatione loqui: ergo nostra erit evidenter falsa, & permittetur evidenter error. Satis exclamationes, & admirationes, ni dicam, injuria, tam obvia in Probabilioristis derivata ex certitudine de propria sententia. Satis sui meminisset, cum in sua Reprobatione Lydii lapidis exponat probabilius per quasi moraliter certum. Cur ergo vitio nobis vertet, quod una nostra sententia dicatur a nobis certa, cum haec certitudo in omni opinione ab illo affectetur?

Contra 2. quia putans eam sententiam sibi evidentem, facile veniet in eas illationes, ut patet in sexcentis casibus opinionum particularium, quarum unus suam sibi evidentem, aut certissimam putat. Immo quid haec contra nos, quod non contra eundem? Nam si omne certo probabilius est moraliter certum, adeo ut oppositum non sit approbabile, eo ipso quolibet cujusque Probabilioristae opinio particularis erit illi moraliter certa; ergo opposita erit ei certo falsa; ergo juxta eam permittetur in Scholis, ut doceatur certo falsa.

Ex quo patet, quod, si P. Adamus egerit, fert, quod aliquis Probabilista vocet suam evidentem, multo acrius ferendum quod Probabilioristae docent, nempe omnem propriam particularem opinionem esse sibi moraliter certam, & omnem alienam sibi certo falsam. Addo tum excessisse, qui sententiam benignam dixit sibi evidentem, non minus ac qui hoc dicit de opposita; tam quod quilibet assuetus sit loqui de re, ut sibi apparet, ut passim legere est in Theologis, qui saepe suas vocant evidentes, aut certissimas; intellige sibi, non autem absolute respectu omnium. Hoc mihi liquet, ut saepe monui, Theologos quo sapientiores, eo modestiores, vix aliquando propriam dicere certam; immo plerumque oppositam dicere probabilem, & quidem sibi.

Dicit 4. *art. 9.* opinionem de licito usu minus probabilis alienae ducere ad praxes graviter vitatas; facit enim licitum Confessori absolvere poenitentem sequentem quamlibet certo probabilem, etsi ea Confessori sit improbabilis.

Sed contra; quia non video, qualiter ex eo quod omnem certo probabilem sequi liceat, inferatur, licere mihi absolvere juxta mihi improbabilem, nam hoc est prorsus falsum. Porro DD. quos trahit ex Probabilistis,

distis asserentes licitum Confessori absolvere poenitentem juxta hujus opinionem, non tantum est Probabilistarum, sed ferè omnium Probabilioristarum; nemo autem ex Probabilistis, quos citat, docet, licere Confessori absolvere, si putet poenitentis opinionem sibi improbabilem, nisi formato saltem de extrinsecâ probabilitate judicio. Vid. disp. 12. per totam, & disp. 23. sect. 5.

§. II.

Reliqua.

SUMMARIUM.

Ait plerisque Probabilistas suo principio, quod satis sit minus probabilis, fuisse deceptos, n. 87.

Damnatus quoque erit Probabiliorismus, n. 88.

Bonum principium male saepe applicatur, n. 89. ad 94.

Laxitas est in opinionibus particularibus, ibid.

Ait nos gloriari de Doctoribus suimet principij imperitis, n. 90.

Et quod damnata sint fructus Probabilismi, ib. Solvo, & retorqueo, n. 91.

Tam Probabilioriste, quam Probabiliste docendo damnatas, errarunt. Cur? n. 92.

Ait maximum ex nostrâ sententiâ sequi obedientia præjudicium, n. 93.

Ostendo oppositum, n. 94.

Si Probabilioriste eaderent Theologiam moralem, reperirentur forte aliqua non probabiles, ibid.

Ait ex æque probabilibus neutram eligibilem, n. 95.

Nullus Doctor erit estimabilis, n. 97.

Non est eadem ratio suadens veritatem opinionis A, ac que suadet veritatem opinionis B oppositæ, n. 99. ad 102.

Duo a nobis examinantur. Primum, an liceat operari ex conscientia subjective probabilis?

Alterum, an ex solâ objective probabilis? n. 103.

Ostendo quod si daretur lex de probabiliori sequenda, solos Doctos comprehenderet. Quin alij fere omnes peccabunt, n. 104. 105.

N. 87. **D**icit 5. art. 10. plures damnatas ex nostris principiis prodixisse; nempe quod licitum erit sequi minus probabilem de valore Sacramenti; licitum Judici dicere jus juxta minus probabilem; & postquam plures traxit Probabilistas inter se contrarios, ait pag. 135. interim, dum Probabilistæ se concutiunt, cadit de Capitolio fulmen dam-nans hanc: Probabiliter existimo, Judicem judicare posse juxta minus probabile. Quem ferit hic ignis? Non nos, qui probabiliora

requirimus; ergo Probabilitas, qui minus probabilia concedunt. Quod si dicatur, damnatas ex malo usu principij Probabilistici prodixisse, dum ex minus probabili de valore, de re, aut objecto, intulerunt licentiam operationis, cum hæc inferri non possit, nisi ex minus probabili de licentiâ, sequitur præcipuos Probabilitas eo principio deceptos.

Sed contra 1. quia meum non est, opinionones particulares Authorum discutere. N. 88. immo de gratis, quod plures ex citatis à P. Adamo eas damnatas docuerint, sequitur, quod eas docuerint ut sibi probabiliores; ergo illicita erit probabilior. Confirmo: Fac, ut quis dicat, Probabilius puto licitum esse sequi minus probabilem speculativum de valore Sacramenti, & judicem dicere potius juxta minus probabilem de jure: quæro, uter peius erraturus sit, an affirmans, an negans, ea esse probabiliora? Sanè affirmans; ergo ad longè peiora ducit Probabiliorismus, immo ad ea obligat, ad que non obligat Probabilismus. Quid ad hæc Adversarius? Lege disp. 14. & 15.

Contra 2. quia mirum non est, quod optimum principium crebrò malè applicetur. N. 89. Quid certius Scripturâ? Quid evidentius primis Dialecticæ principiis? Quid clarus Decalogi præceptis? Et tamen ex Scripturâ malè intellectâ, hæreses; ex Logicæ principijs, sophismata; ex Decalogi præceptis, opinionones Theologorum contrarie. Si in his tam notis, & certis sæpe errando dilectimus, mirandum non est, quod ex principio de licentiâ operandi juxta minus probabilem de licentiâ, aliqui Probabilistæ errando intulerint licentiam operandi juxta minus probabilem de valore, de jure, de objecto. Totum enim eorum peccatum est in asserendo, esse certò, etsi minus probabile, licere uti minus probabili de valore; esse certò, etsi minus probabile, licere Judici dicere jus juxta minus probabilem de jure; cum nullo modo esset probabilis ea opinio de licentiâ. Quare error est in opinionibus particularibus; non in principio, ut liquet, si hoc idem applicetur Probabiliorismo.

Dicit 6. art. 11. quod cum prima Probabilistarum Capita, Probabilistarum principio non sint rectè usi, sequitur, quod nos gloriemur Authoribus ejusdem nostri principij imperitis, nempe quod eligens probabiliter eligat honestè. Subdit pag. 146. tum quod ex fructibus cognoscendus sit Probabilismus, fructus autem sunt opinionones damnatæ; tum quod vix amplius est, quod à Pontificibus damnari possit; nam damnati sunt

runt probabilitatem licentiae illatam ex probabilitate valoris; damnarunt tamen probabilitatem stantem intra limites probabilitatis; immò damnarunt magnam, & relativam probabilitatem licentiae, hoc ipso quòd damnarunt opinionem de Judice: ergo nostrum principium, quòd eligens probabiliter eligat honestè, est saltem falsum; & ut loquitur pag. 148. de Probabilismo vix aliquid ab ignibus sacris præter rudera relictum est, quæ ipsi Probabilistæ, feliciter pro nobis inter se divisi, solo equa-

N. Sed contra; quia ex hoc quòd aliqui ex præcipuis Probabilistis non sint rectè uti nostro principio, nil inferitur contra principium, quo alii rectè uti sunt. Sanc, pudet me in re evidenti detinere: an omnes Anti-Probabilistæ suis principiis rectè uti: an omnes SS. Patres Scripturæ: an omnes Antiqui principis morum. Non sanè; nam plures probabiliores damnatæ, nec non plures tutiores Antiquorum, quin aliqua alicujus Sancti Doctoris ab Ecclesiâ fuit proscripta: ergo, si tenet illatio, Moderni Probabilistæ, & Tutoristæ gloriantur Anti-Probabilistis circa suum principium imperitis; & Moderni Theologi antiquioribus Theologis circa Scripturam, & morum principia imperitis. Quare nulla in principis culpa, sed totam in applicatione.

N. Ad id quod subdit, fateor damnatam tamen probabilitatem; at hæc, ut dixi *disp.* 18. *sect.* 3. non est certa absolutè, & relativè gravis probabilitas; nec ejus damnatæ Author eam docuit, ut Probabilistæ, sed ut Probabilioristæ. Fateor quoque rectè damnatam illationem à probabilitate valoris ad probabilitatem licentiae, ut docui *disp.* 14. at multò magis damnata illatio non tantum à probabilitate valoris ad probabilitatem, sed ad probabilioritatem licentiae: (ea enim opinio erat suo Authori probabilior) quin damnata quoque à probabilioritate valoris ad probabilitatem licentiae, non minùs ac à probabilioritate, quòd obiectum sit fera, ad probabilitatem, aut probabilioritatem licentiae jaculandi, in illud: ergo multò magis falsus, aut damnatus erit Probabiliorismus. Nego autem probabilitatem certò absolutè, & relativè gravem esse damnatam. Unum moneo, quod sæpe monui, quòd à probabilitate speculativâ valoris, juris, obiecti, immò sæpe à speculativâ eorum probabilioritate, nulla sit illatio ad probabilitatem licentiae, seu practicam: & in hoc errant tum Proba-

bilistæ, tum Probabilioristæ.

Dicit 7. *art.* 12. maximum ex nostrâ doctrinâ inferri obedientiæ præjudicium; cum enim sit probabilis opinio docens, quòd licitum sit non parere Superiori præcipienti aliquid, quòd probabiliter putò illicitum, eludi poterit per dictæ opinionis probabilitatem obedientia: eam autem opinionem esse probabilem suadet P. Adamus auctoritate aliquorum Probabilistarum.

Sed contra 1. quia P. Scildere Probabiliorista in terminis docuit, quòd nec possit, nec teneatur parere, qui propriam putat probabilioritatem; quòd idem docuit alii Probabilioristæ. Secundo, quia sæpe dixi, nullam esse ex opinionibus particularibus Probabilistarum refundendam culpam in eorum generale principium; sicut nec ex particularibus Anti-Probabilistarum in eorum principium generale. Tertio, quicumque eam docuit opinionem, docuit ut sibi probabilioritatem. Quarto, non est, quòd ut sententia generalis Probabilistarum exota reddatur, trahantur aliquæ Probabilistarum opiniones particulares, quæ fortè non sunt probabiles, immò sæpe non sunt Probabilistarum, ut latè constat ex P. Polienter, P. Adamus qui ad oculum ostendit, quòd Societ. DD. (qui tamen ut plurimum Probabilistæ fuerunt) omnes damnatas rejecerint ante damnationem: ergo aperte P. Adamus fallitur, dum docet damnatas à Probabilistis proditisse; quin potius, non damnatas, sed damnatarum damnatio à Societate Probabilistis multò antè prodixit. Adde nec mirandam si aliqui ex Probabilistis damnatas docuissent: edant Anti-Probabilistæ, ut edidere Probabilistæ, plures Theologiæ Moralis libros, & suum generale principium opinionibus particularibus accommodent; in illis fortè reperientur aliquæ non probabiles, etsi iisdem probabiliores. Demum plus est, obedientiam impossibilitati, quàm perverti; impossibilitatur autem à principio P. Adamus, obligantis ad judicium directum probabilius de honestate rei præceptæ.

Dicit 8. *art.* 13. nullum æquè probabile, N. tam absolutè, quàm relativè, esse prudenter eligibile; quia quòd quis nequit judicare prudenter honestum, & licitum, non est prudenter eligibile; sed stante aequali probabilitate negante honestatè, nequit talis actio prudenter judicari honesta: ergo. Maior admittitur à Probabilistis. Minor probatur 1. quia judicans in concursu equalis probabilitatis actionem esse honestam, quæ opposita probabilitas dicit inhonestam,

duo

duo facit, nempe quòd propositionem pugnantem pro honestate dicat veram; & pugnantem pro inhonestate dicat falsam; sed non potest prudenter dicere falsam pugnantem pro inhonestate: ergo pugnantem pro honestate non prudenter dicit veram; quia aliquid dicere, ex quo imprudentia committitur circa alterum, non est prudenter dicere. Secundò, quia ratio, ob quam aliquid prudenter dicitur verum, non est ratio, ut prudenter negetur esse verum; sed ratio, quam continet propositio pugnans pro inhonestate, est ratio, ob quam propositio dicitur prudenter vera; ergo non potest prudenter illam negare veram, seu affirmare falsam. Tertiò, quia ratio, quam continet propositio pugnans pro inhonestate, est ejusdem ponderis, ac ratio, quam continet propositio pugnans pro honestate: ergo si ratio pugnans pro honestate facit, ut honestas prudenter affirmetur; etiam ratio pugnans pro inhonestate faciet, ut inhonestas prudenter affirmetur: ergo dicere, quòd propositio continens rationem, ob quam prudenter judicatur vera, sit falsa, & non vera, est imprudenter dicere; nam est, ipsam dicere falsam, quia equè prudenter meretur, & dici potest vera, quam opposita, quæ dicitur vera, & non falsa.

N. 96. Hinc inferit equales probabilitates esse tantum secundum quid, & speculativè probabilitates, quia neutra potest a sapientibus judicari opinativè; & hanc doctrinam dicit fundari in P. Lessio.

N. 97. Sed contra; quia eo probatur, neminem ex Doctoribus equalis auctoritatis mutuo contradicentibus esse laudabilem; & nullam eorum opinionem esse eligibilem; & neminem ex oppositum perfectionis statum amplectentibus esse honorabilem; nam vel sunt æqualis, vel inæqualis perfectionis? Si æqualis; ex argumento P. Adami habeo intentum: si inæqualis; non est ad rem, & dario quòd sit, status minus perfectus æstimabilis non erit ob eandem rationes, ob quas status ei oppositus est perfectior; & sic sola vita contemplativa, non activa, erit laudabilis; solus calibatus, non matrimonium; sola abstinencia, non usus, sola charitas, non paupertas; cum tamen hæc omnia ad Deum conducant. Si igitur inter bona inferiora, & inter actus voluntatis, & virtutes oppositas, est locus prudenti electioni, siue sint æqualis, siue inæqualis perfectionis; cur inter actus intellectus oppositos, & eorum motiva, siue æquæ, siue non æquæ probabilia, ea negabitur? Adde ignorantiam, & pertinaciam signum esse, alienas dicere improba-

biles, ut *disp. 10. sect. 4.* docui ex M. Goidoy.

In formâ nego minorem. Ad 1. probatur. N. tionem fateor, quòd judicans stantem equali probabilitate actionem esse honestam, dicat directè veram opinionem stantem pro honestate; & æquivalenter, & indirectè dicat falsam stantem pro inhonestate: nego autem, quòd nequeat prudenter (divinam tamen) affirmare falsam stantem pro inhonestate; potest enim, non quidem obmotiva suadentia, quòd stans pro inhonestate sit vera, sed ob motiva opinionis stantis pro honestate, quæ hoc ipso quòd suadent, quòd stans pro honestate sit vera, suadent, quòd stans pro inhonestate sit falsa. Fallitur arguens, dum putat, quòd affirmans stantem pro inhonestate esse falsam, affirmet hoc ob motiva suadentia inhonestatem, cum hoc repugnet; sed affirmat stantem pro inhonestate esse falsam ob motiva suadentia esse veram stantem pro honestate.

Quòd si dicatur repugnare, ut utrumque N. contradictorium seorsim prudenter affirmetur, & quòd tam affirmatio, quam negatio sit prudens; nego hoc, si utriusque motivum sit verè absolutè, & relativè grave; immò, juxta regulas Dialecticæ loquendo strictè, si affirmatio est prudens, negatio debet etiam esse prudens, et si non vera, ut deuter pura contradictio; si enim imprudens sit, dabitur contrarietas: ergo prudenter affirmanti potest prudenter negando contradicere nisi velimus, quòd inter Disputantes unus tantum sit prudens. Vide *disp. 8. sect. 6.*

§. 3. Ad 2. concessâ mai. nego min. juxta im. N. mediatè dicta. Ratio, ob quam opinio pugnantis pro honestate dicitur vera, sunt motiva suadentia honestatem; & ratio, ob quam dicitur falsa, sunt motiva ei opposita: similiter ratio, ob quam opinio stans pro inhonestate dicitur vera, sunt motiva suadentia inhonestatem; & ratio, ob quam dicitur falsa, sunt motiva ei opposita: ergo certò fallum est, quòd opinio stans pro honestate, ob eadem motiva, ob quæ dicitur vera, dici possit falsa, sed ob opposita. Monco autem P. Adamum, ut meminerit, repugnare simultatem probabilitatis formalis, et non objectivæ.

Ad 3. fateor motiva utriusque opinionis esse æqualis ponderis, sed dissimilia, ut dixi *disp. 8. sect. 6.* nam motiva suadentia honestatem sunt diversa à motivis suadentibus inhonestatem: ergo affirmatio honestatis est veritas diversa ab affirmatione inhonestatis; quo modo motivum pro calibatu est

est diversum (et si daretur esse eguale) a motivo suadente matrimonium; & electio celibatus est diversa ab electione matrimonii.

N. Ad illationem nego, quod æquales probabilitates sint tantum speculative, & secundum quid probabilitates; sunt enim absolute, & relative, & simpliciter probabilitates, ut docui *disp. 14. sect. 5. & disp. 16. sect. 6.*

Doctrina P. Lessii non est ad rem, nam quaerit, an possit dari pecunia pro Baptismo Infantis morituri; & ait, esse probabile, quod liceat; & esse æquè, aut magis probabile, quod non liceat: & subdit, teneri hominem dare pecuniam. Deinde obijciens, qualiter altera pars probabilis sit, si eam sequi non possumus, respondet esse tantum speculative probabilem ei, qui scit partem benignam esse probabilem. Ecce negat, tum quod una sit probabilis practice, tum quod sit probabilis opinio negans licitum dare pecuniam; nam supponit teneri ex charitate dare pecuniam, ne infans pereat. At quid ad rem, ex eo quod saepe una opinio non sit practice probabilis ex utraque contradicente, inferre numquam esse; & ex hoc quod una tantum sit hæc, & nunc simpliciter probabilis practice, inferre neutram ex æquè probabilibus esse simpliciter probabilem, ut insert P. Adamus?

Dicit 9. *art. 14.* quod, stante solo de probabilitate iudicio, nemo tunc operetur ex conscientia opinativâ, de qua tamen est questio. Sed contra; quia, etsi non operetur ex conscientia subjective opinativâ, operatur tamen ex opinativâ objective: duo enim quaerivi: Primum, an liceat operari ex conscientia subjective probabili; & affirmavi: alterum, an ex sola conscientia objective probabili, seu sub solo de objectivâ probabilitate iudicio; & hoc quoque affirmavi, immò dixi melius esse, si primum sit possibile, ut ego docui, si non, ut alii.

N. Infer totam obligationem sequendi probabilius, si ea probaretur, limitandam ad solos doctos, & quidem, dum tempus ha-

bent examinandi, & conferendi motiva utriusque opinionis; nō ad idiotas, ut faretur Adamus in Reprobatione *pag. 8.* ubi ait: Tunc tantum tenemur non fidere aliis, quando clarè cognoscimus eos esse notabiliter viciniore errori, quam veritati, & quando tempus habemus examinandi eorum rationes. Ecce 1. hoc solis doctis competit. Ecce 2. quod illis competit, quando tempus habent examinandi: ergo (infero ego) si tempus non adsit, poterunt sequi quodlibet certò probabile; & regulariter id, quod dicitur probabilius, erit ex impetu probabilius: hoc autem præcipue Confessariis accidit, quibus non est tempus conferendi tunc opiniones, adeoque passim illis licebit omne probabile; & hoc erit illis regula: vel si hoc negabitur, nullus poterit excipere confessiones, nisi pleraque materias librarit, earumque probabilitatem, & veritatem: ubinam autem hæc Confessariorum copia?

Peccabunt ergo plerique Confessores exponendo se sine hac plerarumque rerum moralium, & opinionum præviâ collatione: vel si non peccabunt, lex de probabiliori rarissime obligabit, cum tamen, si est regula morum, ferè semper occurrere debeat. Similiter peccabunt penitentes deponendo peccata apud Confessores, quorum maior pars non contulit utramque opinionum in dilatatissimâ morum materiâ probabilitatē. Nec est, quod P. Adamus dicat, hoc argumento nos teneri, nam quantum differt discretio probabilitatis à probabilitate, tanto maius est onus, difficultas, & discrimen inter Nos, & Probabilioristas. Accedit, quod, si nos ad minus probabile obligaremus, ut Probabiliste ad probabilius, tunc idem esset onus sciendi, quæ opinio sit minus, quæ magis probabilis; at nos non obligamus: ergo non est, quod P. Adamus dicat *pag. 19.* nos iisdem absurdis subjectos, quæ in Probabilioristas refundimus.

Omitto, quæ acriori calamo in D. Peream mover; illis enim ipse D. Perea satis est, cui fortè maiori opus erit tolerantia, quam ingenio, ut solvat.